



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

21. Executoris munus quò referendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

nes vel aliqua ipsarum. sic enim illi melius eueniet, quam si ob dolum vel ob culpam tanquam suspectus amoueretur, aut post gestum negotium obnoxius rationibus reddendis in proprijs facultatibus laceraretur.

† Si executor viderit nullam sibi excusa- 20
tionem posse competere, & charitatis ac equitatis vinculo se adstringi ad officiũ hoc onusq; suscipiendum, non debet vlllo metu frangi, neq; perterreri, sed magno & elato animo lætaq; fronte id suscipere atq; complecti. Quoniam libens spontanea q; susceptio, gratior Deo & hominibus esse indicatur, sic q; ipse legi, sic defuncti iudicio, sic legatarijs & fideicomisarijs æquè satisfaciet. Et præmium à testatore relictum iuste suscipiet, & à Deo maximo & optimo securus expectet modo tria sequentia præcepta suscipiat.

† Et executor ipse voluntatem defuncti 21
speculetur, & sequatur seruet ac impleat, quo ad se fieri potest: tota enim authoritas sibi ex illa sumenda est. Hic tota vis finisq; consistit.

† Sicut enim procurator mandati fines tueri 22
atq; seruare compellitur, si argui damnariq;

non